

789  
579  
EPIGRAMMATA

GAMELIA:

7<sup>N</sup>

NVPTIAS NOBILIS CLARISSIMI ET EXCELLENTISSIMI VIRI, DOMINI IOANNIS

SCHILLINGI, PHILOSOPHIÆ AC

Medicinæ Doctoris, Marchionatus Moraviæ  
in districtu Olomucensi Physici:

NEC NON

HONESTISSIMÆ ET

PVDICISSIMÆ VIRGINIS EVÆ, NOBILIS

& spectabilis Viri, Domini IOANNIS HENSELII,  
quondam apud Illustrissim. & Reuerendiss. Principem

Martinum Episcopum Wratislaviensem Cui-  
bicularij &c. relictæ filiæ.

*Honoris ergò scriptum à*

VALENTINO HENSELIO WRATISLAVIEN.

Silesio, artium liberalium & Philosophiæ Baccalaureo  
in alma Academia Olomucensi.

865



OLOMVTII, Excudebat Georgius Handelius.

Anno M. D. XCVII.



PROVERB: 19.

DOMVS ET DIVITIÆ

DANTVR A PARENTIBVS, A DOMI-

NO AVTEM PROPRIE VXOR

PRVDENS.

*Eccles: 26.*

MVLIERIS BONÆ BEATVS VIR:

NVMERVS ENIM ANNORVM

ILLORVM DVPLEX.

*Eccles: 36.*

SPECIES MVLIERIS

EXHILARAT FACIEM

VIRI SVI.





# EPIGRAMMATA

NVPTIALIA.

## EPIGRAMMA I.

SEMPER HONOS NOMENQ. TVVM.

AD CLARISS: D. SPONSVM.

**A**rtis Paonia vir praestantissime salve  
Cui magnū ingenium culta Minerua dedit.

Hippocrates Consunt testes atq; Machaon,  
Maximus inter eos ipse Galenus adest.

Ceu tutelarem te Marcomannia clara

Diuum ac patronum diligit atq; probat.

Clarus es ingenio claro CLARISSIME DOCTOR,

Quid mirum, cum sis clarus in arte tua.

Hinc Galenus opes tibi cum Iunone ministrat,

Jura subire thori suasit honesta Venus.

Ergo Connubium sit felix atq; pudicum,

Gaude cum Sponsa DOCTOR honore tua.

Virgil. Ecloga 5.

## EPIGRAMMA II.

### IVDICIVM PARIDIS.

AD PVDICISS. SPONSAM.

*SI Paris ad thalamos clarissima spōsa veniret,  
Cerneret ut dotes corporis ac animi;  
Protinus eximiam formam laudaret, & esse  
Dignam, quam meritò prædicet alma Venus.  
Jugenium verò si cerneret ille, Minerva  
Prognatam cerebro diceret esse Jovis.  
At si fortunam & contemplaretur honorem  
Illud Junonis diceret esse decus.  
Hinc exclamaret: duo adhuc des aurea poma  
Jupiter, aut tu fac judicis officium.*

SPONSA ETENIM DOTES DIVERSAS CONTINET VNA

VERTICE QVAS JDE TRES HABERE DEÆ.

Virgil. 1. Æn.



# EPIGRAMMA III.

Q V A S I P L A  
T A N V S.

**D**Um lustrat Xerxes regū rex maximus heros  
Persarum, fines Lydia pulchra tuos :

*Conspicit eximiam platanum genialibus auctam*

*Frondebis, illius captus amore manet,  
Atq; die tota sub ameno tegmine gaudet,  
Scruposas minuit militiq; vias.*

*Dat folijs gemmas, baccata monilia ramis,  
Armillis truncum bracteolisq; novat,  
Asacidis ornat felicia germina gazis,  
Curanda aternū Melophoroq; jubet.*

HAC PLATANO CHARO SPONSO conspectior ALTA

DOCTORIFIES EVA PVDICATVO.

Herodotus Halicarnasseus lib. 7. vel Polymnia.

# EPIGRAMMA III.

VNUM ET COMMUNE  
PERICLUM.

**R**egia tota fuit quondam Hipsicratea virago,  
*Quæ Mithridateas est comitata vias.*

*Pars belli, pacisq; comes: socia omnibus; inq;  
Tectis, in campis; exilio, inq; fuga;*

*Est thalami sortes casus complexa per omnes,  
Militis hinc miles factus amoris amor.*

ADVERSIS REBUS NVBIT REBUSQ; SECVNDIS  
*EVA; at connubij prosperat acta DEVS.*

Plutarchus in vita Pompei.





## · EPIGRAMMA V.

DII VESTRA INCÆPTA  
SECUNDENT.

*D*um regeret senior rex arua Latinus et urbes  
En lauri frondosus apex oppletur apum vi,  
Tunc oracula uirum regem aduentare canebant  
Qui dominaretur Latia supremus in arce.  
Præterea castis adolet dum altaria tadis,  
Et juxta genitorem astat Lauinia virgo,  
Filius ornatus visus crepitante cremari est  
Flamma, ac ille sus tanta adportenta manere  
Regalesq; accensa comas accensa coronam  
At fore eam illustrem felicia monstra notarunt  
ET SUPERI VOBIS BENE VERTANT OMINA VATIS.

Virg. libro 7. Æn.

# EPIGRAMMA VI.

HIS AMOR  
VNVS ERIT.

*V*T stabilis stabili palma offerat oscula palma  
Ac desiderij det rata signa sui;  
Utraq; declarat tam mas quàm fœmina gestu,  
Inter eas quod sit Connubialis amor,  
Ambæ se incuruant, medias quas separat unda,  
Artificem pontem lapsa stupefcit aqua.  
En è natura gremio sacra sculpta figurant,  
Quod sit connubij CONSOCIALIS AMOR.

Pierius libro 50. Hierogly-  
phicorum.



EPIGRAMMA VII.  
AVSPICIBVS SVPERIS.

*C*um nuptiales Doricus Hercules  
Tadas iniret; protinus has DEUM  
Adventus ipse consecrauit;  
Ut fierent meliore pompa.

*Fausti Cytheris pronuba fit thori,  
Notus palæstres Mercurius facit,  
Versus canentibus Camænis,  
Pyrrhichicos peragit choros Mars.*


*Auriga currus fit modulans Hymen,  
Clarus subit sol Oeconomi vices,  
Cœnas dapales fert Diana,  
Massica dat generosa Bacchus.*

*Connubiales exagitant faces  
Tres Gratia, cum conjuge Jupiter  
Descendit: ILLI SVNT BEATI*

*QVOS SVPERI CVMVLANT HONORE*

*Iulius Cæsar Scaliger libro 3. Poë-  
tices qui & Idea.*


## EPIGRAMMA VIII.



ET VIDEAS FILIOS  
FILIORVM TVORVM.

*Sicut pubescunt riguis PLANTARIA in hortis  
Et velut in pingui crescit OLIVA solo.  
Fecundo cingat sic PROLES agmine mensam  
Hoc optat Vates, annuat ipse DEVS.*

Psalmo 127.





## EPIGRAMMA IX.

VBI TV CAIVS  
EGO CAIA.

**T**Arquinij conjux Tanaquil (postCaja dicta)  
Carpere quod solita est sedula pensa manu.  
In templo Martis statuam est ex ære superbam  
Nacta, ad perpetuum semideumq; decus.  
Ante pedes cuius jacuere intexta, quasilli,  
Viminaq; & fuso stamina torta leui.  
Huic adducta fuit lanata in pelle virago,  
UT FIERET CAIO TAM BONA CAIA SVO.  
Sic omnē sponsam iuvat ars: est AVREVS ARTI  
FVNDVS qui crescit, si foveatur ope.

Ex Antiquitatibus Romanis

# EPIGRAMMA X.



*C*onnubij mos Teuthonum antiquus fuit,  
*O*fferre charis symbolum sponsis decens,  
FEROCEM EQVVM; FVLGENSQUE SCV-  
TVM, ET PAR BOVM :  
*U*t sciret esse uterq; in omnibus comes,  
*D*iesq; prosperos amaret cum malis.

Cornelius Tacitus de moribus  
Germanorum.





# EPIGRAMMA XI.

EX VTROQUE.

O *Ceani propter glacialis littora gens est*  
*Qua thalamis adhibet symbola rara suis.*  
E CHALYBE ASPRA SILEX *abstrusos elicit IGNES*  
*Corripiturq; leui FOMITE FLAMMA VORAX.*  
EST OCCULTVS AMOR, *verũ eius VIVIDA FLAMMA*  
COMMVNEM SOBOLEM GIGNIT VTER-  
QUE PARENS.

Ex historijs Septentrionalium  
regionum.



## EPIGRAMMA XII.

ALTER EGO.

**N**Il charitate coniugum, nihil quoq;  
    *fucundius* CONCORDIA,  
*Proventus uber gurgite aureo hinc fluit*  
    *Solioq; regni addit decus.*

PAVO, ANNULO, CORNICIBVS, CADVCEO,  
    *Ea denotatur symbolis.*

Symbolicè & Hieroglyphicè Authoribus  
    Alciato in Emblematis & Pic-  
    rio in Hieroglyphicis.





# EPIGRAMMA XIII.

FACVND A FOE.  
CVNDITAS.

**F**RONDES ASPARAGI tribuit Bæotia sponsis.

HERCVLEAS ZONAS Ausonis ora dedit:

*Semper habet quævis diuersos natio ritus,*

*Finis cuiq<sup>3</sup> suus, mos quoq<sup>3</sup> cuiq<sup>3</sup> suus.*

FACVNDAS Bæotia amat, Saturnia tellus

FOE CVNDAS sponsas; utraq<sup>3</sup> iuncta valent.

Ex historijs petitur.



# EPIGRAMMA XIII.

SPONSA SPONSO  
SOLI ET SEMPER.

**C**ui semel elegi me SOLAM adjungere SOLI  
Is sit corde meo SOLVS in ore meo.  
*Atq; hunc constantem mihi nemo reuellet amorē  
Mens omnis recti conscia testis erit.*  
FLOS fiam conjunx & SOLI adjuncta marito  
Eius ad arbitrium vertar, eumq; sequar.  
SOL SEQVII natura mihi hac mysteria pandit:  
DOCTOR SCHILLINGVS SOL mihi SOLVS erit.

Emblematicè

E Dioscoride lib: 4. desumptum, si picturatè  
Solsequium Solem suspiciens exprimat,  
cum lemmate supra scripto.



# EPIGRAMMA XV.

## CONIVNCTIO MARITALIS.

*C*Ur sponsæ crines Juno discriminat hasta  
Cuspide, transfossus qua gladiator erat?  
Trina sub hoc occulta latent mysteria ritu  
Romanis sponsis omina trina notans.

Sic DEBERE VIRO SPONSAM CONIVNGIER IPSAM  
IN GLADIATORIS CORPORE VT HASTA STETIT.

*Vel;* SPONSI IMPERIO QVOD SIT SVBIECTA MARITA

*Vel;* QVOD SIT FORTES PROGENITVRA VIROS.

Sextus Pompeius citante Rosino  
lib. 5. Antiquit. Roman.

## EPIGRAMMA XVI.

SPARGE MARITE  
NVCES.

*S*UENIT SPARGERE bellicosa Roma,  
Suorum in thalamis NVCES strepentes,  
Sacrata quasi sint Joui juglandes;  
Qui connubia ea auspiciaciora,  
Natuq; efficeret beatiora:  
Notaret pariter, SAT ESSE LVSVM,  
Ludendum è reliquo seueriore  
Ludo, & corticibus renunciandum.

Virg. Ecl 8 & Scaliger lib 3. cap. CI



# EPIGRAMMA XVII.

HINC RERV  
FORMÆ.

**R**omulidum nunquã Nympho Nymphaq; ve-  
Est celebratus Hymen, (tustus  
Abs IGNE & absq; pura AQUA.  
Hæc elementa simul sunt posta in limine portæ,  
Sponsus uterq; simul  
Quæ utraq; tangeret manu.  
Hoc sacramento sanciri aterna parabant  
Fœdera connubij,  
Soluenda nullis seculis.

Ex Hieroglyphicis Pierianis lib. 46.



## EPIGRAMMA XVIII.

Gott ist mein Hoffnung.

*D*um fremet insani ventorum turba tumultu.  
Et premet adversam seu a procella ratem.  
Tunc DEVS ipse meis fies fida anchora rebus,  
Ad portum puppim constituesq; meam,  
Et mea cum clauso requiescēt membra sepulchro,  
Cum Parca nullam spem superesse putant,  
Æterna fies MEA SPES DEVS altera vita,  
Me regni facies participemq; tui.

Votivum Symbolum Sponsæ à Sponso  
scriptum & dicatum.



## EPIGRAMMA XIX.

REGIS AD  
EXEMPLVM.

Refer puer Camille  
Quid Cumero hocce in vase?  
Vtensilis supellex  
Nuptæ; cui Quirinus  
Vult vasa dedicari?  
Quid nuptias ad istas?  
Augustus Imperator  
Gnatam atq; neptes esse  
Voluit laboriosas.

Suetonius in vita Augusti.

## EPIGRAMMA XX.

NIL ALOES.

**I**Unoni Arginae quicumq; adolebat honores,  
FELLE hoc abjecto debuit esse sacrum.  
*Hæc quid sacra notât? Juno est præfecta maritis;  
Omnia dulcia sint: SIT SINE FELLE THORVS.*

Ex Antiquarijs.



# EPIGRAMMA XXI.

VNUM ET COMMUNE  
PERICLVM.

**Q**uod vinaci HEDERÆ est murus; quod VITIBVS VLMVS;  
Crescenti LVPVLO quod fit amica SALIX;  
Sponsus 7 OANNES Sponsa EVÆ hoc fiat honorus,  
Nec nisi quā mortis vulnere vinclaruant.

Virgilius 9. Æneidos.



CARMEN CHRONOLOGICON, CONTINENS CLARISS: D.

DOCTORIS SPONSI ET PVDICISS.

Sponsæ nomina, nec non annum, mensem  
& diem nuptiarum.

Post Denos soLes soL seXtVs

FebrVVs astro

FVLget SChILLIngo tVnC

EVa Casta DatVr.

